

## 0166-0175- SS Soterius [Soter] - Decretalia de Fede

O93, f. 13va; N442, f. 34va; V630, f. 35rb; I83, f. 73ra; VD 38, f. 65va; SG670, p. 127a; P9629, f. 9v

<sup>1</sup>INCIPIIT<sup>2</sup> EPISTOLA DECRETALIS <VD 38, f. 65vb> SOTHERI<sup>3</sup> PAPAE DE FIDE<sup>4</sup>. <SG670, p. 127b>

Sother apostolicae sedis archiepiscopus Campanis omnibus salutem in domino.

Gaudere vos oportet, <I83, f. 73rb> fratres, quod divina<sup>5</sup> largiente gratia familiares domini vocamini eiusque sacerdotii dignitate fungimini. Nunc<sup>6</sup> autem rogo vos, ut circa plebes<sup>7</sup> vobis commissas laborare dignemini et fructuosos manipulos domino reportare nitimini<sup>8</sup>.

Paulus enim apostolus de fide loquitur ita dicens: Quod ante promiserat, ait, per prophetas suos<sup>9</sup> in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Item ipse ad Galathas: Postquam autem venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum<sup>10 11</sup> ex muliere, factum sub lege. Et ad Philippenses: In similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Et in psalmo XXX: Infirmata est in paupertate virtus mea, et ossa mea conturbata sunt, <SG670, p. 128a> et super<sup>12</sup> omnes<sup>13</sup> inimicos meos<sup>14</sup> factus sum opprobrium. Item ibi<sup>15</sup>: Oblivioni traditus sum tamquam mortuus a corde. <P9629, f. 10r> [Factus <V630, f. 35va> sum<sup>16</sup> quasi<sup>17</sup> vas perditum. Et in LXX: <VD 38, f. 66ra> Tamquam prodigium factus sum multis, et tu adiutor fortis. Et [in LXXII: Ut iumentum factus sum apud te, et ego semper tecum. Et in LXXVI<sup>18</sup>: <I83, f. 73va> Montes<sup>19</sup> Sion dicit<sup>20</sup>:] Homo et homo factus<sup>21</sup> est [in ea], et [ipse <N442, f. 34vb> fundavit<sup>22</sup> eam altissimus. Et in LXXVII<sup>23</sup>: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Et in CVIII<sup>24</sup>: Et factus sum [obprobrium illis, viderunt me et moverunt capita sua.] Et in CI: Vigilavi et factus sum sicut passer singularis<sup>25</sup> in tecto. Et in evangelio: Verbum caro factum est et habitavit<sup>26</sup> in nobis.

Filius igitur secundum<sup>27</sup> car<SG670, p. 128b>nem dicitur factus. Nam secundum divinitatem a patre nusquam legitur factus, sed genitus. Dum enim pater loquitur, filius<sup>28</sup> loquitur, et cum filius loquitur patrem<sup>29</sup> in illo loquentem<sup>30</sup> documentis caelestibus comprobatur Paulo apostolo<sup>31 32</sup> attestante, qui ait: Multis<sup>33</sup> partibus multisque modis olim deus locutus est patribus in prophetis, novissime autem locutus est nobis in filio. Et ut<sup>34</sup> eundem filium excepto patris praecepto doceam fuisse locutum, ex Isaiae prophetae volumine <VD 38, f. 66rb> proferimus documentum: Haec dicit dominus: In illa die sciet populus meus, quoniam ego sum ipse, qui loquebar in servis meis prophetis evange<I83, f. 73vb>lizans auditum pacis, et ecce adsum. Item ibi<sup>35</sup>: Ego<sup>36</sup> sum dominus, qui loquor iustitiam et annuntio veritatem. Item ibi<sup>37</sup>: Cogitavi et locutus sum et adduxi et creavi et feci. Et apostolus: An experimentum quaeritis eius<sup>38</sup>, qui in me loquitur Christus? Et in psalmo CXVIII: <SG670, p. 129a> Loquebar in<sup>39</sup> testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar. Et ipse dominus in evangelio caeco a se illuminato dicit: Et vidisti<sup>40</sup> eum et, qui loquitur tecum, ipse est. Et<sup>41</sup> Samaritanae mulieri ait: Ego sum, qui loquor tecum. Et<sup>42</sup> ad discipulos: Verba, quae ego<sup>43</sup> locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Et ad patrem: Ego ad te venio et haec loquor in mundo. Et iterum Iudaeis dicit: Loquor vobis, et non audistis<sup>44</sup>. Si autem venerit alius, illum audietis. Et iterum: Haec locutus<sup>45</sup> est dominus<sup>46</sup> in gazophilacio docens <V630, f. 35vb> in templo et nemo appraehendit eum, quia nondum venerat hora eius.

Ecce in his omnibus, quae supe<VD 38, f. 66va>rius<sup>47</sup> dicta sunt, non docetur filius<sup>48</sup> praecepto patris fuisse locutus<sup>49</sup>, sed magis proprium exercuisse in loquendo sermonem. Isaias quoque propheta ait: <I83, f. 74ra> Haec<sup>50</sup> dicit dominus: Ego feci terram sensu meo et hominem super eam, ego solidavi caelum manu mea, ego omnibus side<SG670, p. 129b>ribus mandavi, ut lucerent in caelo. Item ibi<sup>51</sup>: Omne<sup>52</sup> consilium meum studui, et omnia, quaecumque<sup>53</sup> cogitavi, ego feci. Item ibi<sup>54</sup>: Sic dicit dominus, qui constituit caelum et terram et<sup>55</sup> fecit eam, ipse finivit<sup>56</sup> eam. Item ibi<sup>57</sup>: Ego primus et ego in aeternum, manus mea fundavit terram, dextera mea solidavit<sup>58</sup> caelum. Item ibi<sup>59</sup>: Ego feci terram in fortitudine mea<sup>60</sup> magna<sup>61</sup> et in<sup>62</sup> brachio meo<sup>63</sup> excelso. Et in Hieremia<sup>64</sup>: Dominus fecit terram in virtute sua magna<sup>65</sup> et erexit orbem terrae in sapientia <O93, f. 13vb> et prudentia<sup>66</sup> sua<sup>67</sup>, extendit caelum et posuit sonum<sup>68</sup> aquae in caelo.

Defendite, carissimi, rogamus<sup>69</sup> contra malivolos homines inconcussum<sup>70</sup> ecclesiae statum<sup>71 72</sup>, <N442, f. 35ra> ut vos<sup>73</sup> Christi<sup>74</sup> dextera <VD 38, f. 66vb> defendat in aevum.

Data Nonas Maii Rustico<sup>75 76</sup> et Aquilino vv.<sup>77</sup> cc. cons<sup>78</sup>.

O93, f. 13vb; N442, f. 35ra; V630, f. 35vb; I83, f. 74ra; VD38, f. 66vb; SG670, p. 129b; P9629, f. 10r

<sup>1</sup> In P9629 sind einige Passagen des Briefes wegen Beschädigung der Handschrift nicht lesbar; diese sind im Text durch [ ... ] gekennzeichnet

<sup>2</sup> Überschrift] EPISTOLA SOTHERI PAPAE DE INCARNATIONE DOMINI SG670

<sup>3</sup> SOTHERIS V630

4 FIDE] FIDE DECRETA SOTHERI P9629  
5 divinas I83  
6 Num O93; I83  
7 plebes korr. aus plebs V630  
8 nitamini SG670  
9 suas P9629  
10 natum korr. aus factum P9629; natum I83  
11 factum ex muliere] ex muliere factum et V630; factum ex muliere fehlt SG670  
12 super omnes korr. aus super P9629  
13 omnes fehlt VD38  
14 meos fehlt V630  
15 alibi P9629  
16 sum fehlt VD38  
17 tamquam V630; VD38; SG670  
18 octuagesimo VI I83; octuagesimo sexto SG670  
19 Mater V630; I83; VD38; SG670  
20 dicet V630; I83; VD38; SG670  
21 natus VD38  
22 funda I83  
23 LXXXVII I83; octuagesimo septimo SG670  
24 CVIII I83; VD38; centesimo nono SG670  
25 solitarius SG670  
26 habitabit SG670  
27 saecundum carnem korr. aus saecundum P9629  
28 filius loquitur fehlt VD38  
29 patrem in illo loquentem korr. aus pater in illo loquens P9629; patrem in loquentem] pater in illo loquens SG670  
30 loquente V630  
31 apostolo fehlt I83, SG670  
32 apostolo attestante] adtestante apostolo O93; P9629  
33 Multis partibus] Multifarie VD38  
34 ut fehlt P9629  
35 alibi P9629  
36 Ego sum dominus, qui loquor iustitiam et annuntio veritatem. Item ibi fehlt SG670  
37 alibi P9629  
38 eius fehlt V630; P9629  
39 de V630  
40 vidisti korr. aus viditi P9629  
41 Et Samaritanae mulieri ait: Ego sum, qui loquor tecum fehlt SG670  
42 Et ad discipulos Verba] Item ad apostolos Verba korr. aus Verba  
43 ego fehlt V630  
44 auditis korr. aus audistis SG670  
45 locutus est korr. aus locutus N442  
46 iesus O93; P9629  
47 superibus VD38  
48 filius] filius ex korr. aus filius SG670  
49 locutum O93; P9629; I83  
50 Ec I83  
51 alibi P9629  
52 Omne consilium meum studui, et omnia, quaecumque cogitavi, ego feci. Item ibi fehlt SG670  
53 quaecumque cogitavi korr. aus quaecumque V630  
54 alibi P9629  
55 et fehlt VD38  
56 finibit SG670  
57 alibi P9629  
58 solidavi VD38  
59 alibi P9629  
60 mea fehlt V630  
61 magna fehlt SG670  
62 in fehlt VD38

- [63](#) meo *fehlt* I83; VD38; SG670  
[64](#) hieremia *korr. aus hieremiam* I83  
[65](#) magnam I83  
[66](#) providentia SG670  
[67](#) sua] sua et VD38  
[68](#) sunum P9629  
[69](#) rogamus] rogo vos V630  
[70](#) am Rande firmum VD38  
[71](#) am Rande ordinem VD38  
[72](#) statum *korr. aus statu* N442  
[73](#) vos *korr. aus vox* V630  
[74](#) Christi dextera *korr. aus Christi* V630  
[75](#) Rustico *fehlt* SG670  
[76](#) Rustico et *fehlt* I83  
[77](#) vv. cc. conss.] v. c. cons. I83  
[78](#) SS SG670